

DE
IVRISDICTIONE
QVAM HABENT
S.R.E.CARDINALES
In Ecclesijs suorum Titulorum.

DISCEPTATIO
FRANCISCI CARDINALIS
ALBITII.



Es de la libreria del colegio viejo de S. Bartolome
R O M A,
Ex Typographia Rec. Cameræ Apostolicæ. 1666.

Superiorum permisso.



AMPLISSIMO
S. R. E.
CARDINALIVM
COLLEGIO.

Natus occasionem
asserendi, & tuen-
di Ius Cardinali-
tium operæ pretiū
duxī eam commu-
nis boni causa, su-
scipere, & ad Or-
dinis nostri dignitatem, & Romanæ
Ecclesiæ vtilitatem conferre. Acta à
me antea, & nunc scripta non priuati
sunt studij, sed publici officij, mea-
hic solum est opera, reliqua sunt ve-



OMVS Fidelium in Sacrorum vsum
conuersæ , quas nos Ecclesias dicimus
à maioribus nostris Tituli appellabantur , siue quia in earum consecratione ,
& erectione Crux ponebatur in Titulum , vt censet Baron . tom . 2 . ad annum
112 . num . 5 . & 6 . & in notis ad Martirologium die 26 . Iulij ver . Titulus Bi-
mius in vita Euaristi vers . hic Titulos .

quo ex more emanarunt Constitutiones , ne quis ædificaret
Ecclesiam , nisi prius Ciuitatis Episcopus veniat , & ibi Cru-
cem figat , vt patet ex Concilio Aurelian . registr . in c . Nemo 9 .
de Consecr . distinct . i . & in l . Decernimus , C . de Sacros . Eccles .
& in Auth . vt nullus Fabric . col . 5 . tit . 17 . in Capitul . Fran-
cice lib . 5 . cap . 239 . & in Ritual . Rom . de Diuinis Officijs cap .
de ædific . Eccles . siue quia ad fores Ecclesiarum in honorem
Martyrum erectarum Vela quædam suspendebantur , in qui-
bus depingebatur iphius Martyris imago , aut nomen , quæ
Tituli dicebantur , ut ex Gregor . Turonen . lib . 4 . Mirac . Beati
Martini , & ex B . Paulino Natali sexto , qui sic canit .

Qui pulchra tegentis

Vela ferant foribus , seu pura splendida lino

Siue coloratis textum fucata figuris

Hi læues Titulos lento poliant argento

Sancta que præfixis obducant limina lamnis .

Quæ Vela D . Ambrosius Cortinas Regias appellat lib . 5 .
Epist . 33 .

Siue quia in Ædibus in honorem Sanctorum erectis affigeban-
tur Tabellæ quædam cum inscriptione nominis illius Sancti ,
quo ædes Deo erat dedicata , quæ Tituli vocabantur ; dc-
sumpta nomenclatura à Fiscalibus Titulis , de quibus in l . si
quando la seconda , C . de bonis vacant . lib . 10 .

Cum enim bona vacantia Fisco incorporanda essent , huiusmodi